



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum scientia æquinoce prædicetur de Deo, & de nobis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

dentiam ad aliam: sicut erat quod multitudo requirebatur per se. Secundum hoc ergo, de infinito varia opinioniones processerunt. Quidam, in antiqui Philosophi posuerunt infinitum in actu non solum per accidens, sed per se, volentes quod infinitum esset de necessitate eius quod ponebant principium, unde etiam processum causarum in infinitum ponebant: sed hanc opinionem Philosopho reprobat in 2. Meta. & in 3. Phy.

A comment. v. vique ad 13. tom. 3. & 8. Phy. comm. 84. tom. 3.

Alij vero Aristotelem sequentes concesserunt, quod infinitum per se inueniri non potest neque in actu, neque in potentia: quia non est possibile quod aliquid essentialiter dependeat ab infinitis: sic enim eius esse non quia completetur: sed infinitum per accidens posuerunt non solum esse in potentia, sed in actu: unde Algazel in sua Metaphysica, ponit animas humanas a corporibus separatas esse infinitas, quia hoc secundum ipsum sequitur, ex hoc quod mundus secundum ipsum est aternus: nec hoc inconueniens reputat, eo quod animarum adiunctum non est aliqua dependentia, unde in multitudine illarum animarum non inuenitur infinitum nisi per accidens. Quidam vero posuerunt quod infinitum actu, nec per se, nec per accidens esse potest: sed solum infinitum in potentia, quod in successione consistit: ut dicitur in 5. Physic. & hanc est positio Comment. in 2. Meta. sed hoc quod infinitum esse actu non possit, potest contingere ex duobus: vel quia esse actu repugnat infinito ex hoc ipso, quod infinitum est, vel propter aliquid aliud, sicut moueri repugnat triangulo plumbeo, non quia triangulus, sed quia plumbeus: si ergo infinitum actu esse possit secundum rei naturam, secundum eam opinionem, vel si etiam esse non possit impedire aliquo alio, quam ipsa ratione infiniti, dico quod Deus potest facere infinitum actu esse: si autem actu esse repugnet infinito secundum rationem suam, tunc Deus hoc facere non potest, sicut non potest facere hominem esse animal irrationale, quia hoc esset contradictoria simul esse. Vtrum autem esse actu repugnet infinito secundum rationem suam vel non, quia incidet hic motum est, discutendum alias relinquatur ad praesens.

Comment. 11.

Ad argumenta autem vtriusque partis respondendum. Ad primum ergo dicendum, quod rationes quae sunt in mente diuina, non producuntur in creatura secundum modum quo sunt in Deo, sed secundum modum, quem patitur ratio creaturae: unde quis sunt immateriales, tamen ex eis res in esse materialia producuntur: si ergo de ratione infiniti sit, quod non sit simul in actu, sed in successione, ut Philosopho dicit: tunc rationes infinitae quae sunt in mente diuina non possunt se in creaturis conficere omnes simul, sed secundum successione, & sic non sequitur esse infinita actu.

Ad secundum dicendum, quod virtus creaturae dicitur aliquid non posse dupliciter: vno modo, ex virtutis defectu, & tunc de eo quod creatura non potest, recte arguitur quod Deus possit. Alio modo, ex eo quod illud quod creatura impossibile dicitur in seipso, quandam repugnantiam continet, & hoc sicut nec creaturae sic nec Deo est possibile, ut contradictoria esse simul, & de talibus erit impossibile infinitum esse actu, si esse actu rationi infiniti repugnet.

Comment. 26. tom. 3.

Ad tertium dicendum, quod frustra est quod non pertinet finem ad quem est, ut dicitur 2. Physic. unde ex hoc quod potentia non reducitur ad actum, non dicitur esse frustra, nisi in quantum effectus eius, vel ipse actus diuersus ab ea existens est potentiae finis: nullus autem diuinae potentiae effectus est finis ipsius, nec actus eius est diuersus ab eo, & ideo ratio non procedit.

Ad primum vero quod obicitur in contrarium dicendum, quod quamuis secundum naturam non possint esse infinita simul, possunt tamen fieri, quae esse infinita non: consistit in simul essendo: sicut dicitur: nec tamen sequitur quod Deus sola illa potest facere quae naturaliter sunt: idcirco enim secundum praedictam assignationem accipitur lectio praedictam cognitionem quae est ex hoc quod determinatur a diuina voluntate ad actum: potest enim Deus voluntate sua multa alia facere, quam quae ab ipso determinata sunt.

Ad secundum dicendum, quod quamuis in creatione nihil sit nouum nisi quod est ex parte creaturae, tamen creationis nomen non solum hoc importat, sed etiam quod est ex parte Dei: significat enim diuinam adionem quae est sua essentia, & conuenit effectum qui est in creatura: qui est acceptus a Deo: unde non sequitur quod Deus in creatura potest aliquid idem sit quod aliquid potest creatura: sed aliam autem quae creatura est nihil creat potest, nisi creaturae potentia praexistat, quod est potest materiam aeternam: unde quamuis potentia creaturae non sit ad hoc quod sit infinita actu, tamen hoc remouet quod Deus possit infinita actu facere.

Ad tertium dicendum, quod quae sunt in mente diuina, non producuntur in creatura secundum modum quo sunt in Deo, sed secundum modum, quem patitur ratio creaturae: unde quis sunt immateriales, tamen ex eis res in esse materialia producuntur: si ergo de ratione infiniti sit, quod non sit simul in actu, sed in successione, ut Philosopho dicit: tunc rationes infinitae quae sunt in mente diuina non possunt se in creaturis conficere omnes simul, sed secundum successione, & sic non sequitur esse infinita actu.

Ad primum ergo dicendum, quod rationes quae sunt in mente diuina, non producuntur in creatura secundum modum quo sunt in Deo, sed secundum modum, quem patitur ratio creaturae: unde quis sunt immateriales, tamen ex eis res in esse materialia producuntur: si ergo de ratione infiniti sit, quod non sit simul in actu, sed in successione, ut Philosopho dicit: tunc rationes infinitae quae sunt in mente diuina non possunt se in creaturis conficere omnes simul, sed secundum successione, & sic non sequitur esse infinita actu.

Ad secundum dicendum, quod virtus creaturae dicitur aliquid non posse dupliciter: vno modo, ex virtutis defectu, & tunc de eo quod creatura non potest, recte arguitur quod Deus possit. Alio modo, ex eo quod illud quod creatura impossibile dicitur in seipso, quandam repugnantiam continet, & hoc sicut nec creaturae sic nec Deo est possibile, ut contradictoria esse simul, & de talibus erit impossibile infinitum esse actu, si esse actu rationi infiniti repugnet.

Ad tertium dicendum, quod frustra est quod non pertinet finem ad quem est, ut dicitur 2. Physic. unde ex hoc quod potentia non reducitur ad actum, non dicitur esse frustra, nisi in quantum effectus eius, vel ipse actus diuersus ab ea existens est potentiae finis: nullus autem diuinae potentiae effectus est finis ipsius, nec actus eius est diuersus ab eo, & ideo ratio non procedit.

quorum alterū est conseruatiuum, alterū significa-
tiuum sanitatis: sed creaturę & Deus nō hoc modo
se habent, neq; q̄ vnum ponatur in definitione alte-
rius, neque q̄ aliquid idem ponatur in definitione
vtriusque, eo q̄ sic Deus definitionē haberet. ergo
videtur q̄ nihil secundum analogiam dici possit
de Deo & creaturis, & ita restat quod pure æquiuo-
ce dicatur, quicquid de eis communiter dicitur.

¶ 7 Præ. Magis differt substantia & accidens, q̄ duæ
species substantiar: sed idem nomen impositum ad
significandum duas species substantiar secundum
propria vtriusq; rationem, pure æquiuoce de his
dicitur, sicut hoc nomen canis de caelesti latrabili
& marino. ergo multo fortius si unum nomen im-
ponatur substantiæ & accidenti: sed nostra scientia
est accidens, diuina autem substantia. ergo nomen
scientiæ de vtraque pure dicitur æquiuoce.

¶ 8 Præ. Scientia nostra non est nisi quædam ima-
go diuinæ scientiæ: sed nomen rei non conuenit
imagini nisi æquiuoce. ergo scientia æquiuoce dici-
tur de scientia Dei & nostra.

SED CONTRA, est q̄ Philo. dicit in 5. Meta. q̄ id,
est perfectum simpliciter, in quo omnium generū
perfectiones inueniuntur: & hoc est Deus, vt Com-
mētator ibi dicit: sed perfectiones aliorum generū
non dicerentur inueniri in ipso, nisi aliqua similitu-
do esset perfectionis ipsius ad aliorum generum p-
fectiones. ergo creaturæ ad eum est aliqua similitu-
do: non ergo pure æquiuoce dicitur scientia, uel
quicquid aliud dicitur de creatura & de Deo.

¶ 2 Præ. Genes. dicitur. Faciamus hominem ad
similitudinem & imaginem nostram. ergo est ali-
qua similitudo creaturæ ad Deum.

RESPON. Dicendum, q̄ impossibile est aliqd uni-
uocè predicari de creatura & Deo: in omnibus enim
vniuocis cōmunis est rō nominis vtriusq; eorum, de
quibus nomen uniuoce prædicatur: & sic quātum
ad illius nominis rōnē vniuoca in aliquo æqualia
sunt: quāuis s̄m esse vnum altero possit esse prius,
vel postterius, sicut in rōnē numeri omnes numeri
sunt æquales, quāuis secundum nomen rei vnus
altero prior sit: creatura autē, quantum eūque imi-
tetur Deum, non pōt pertinere ad hoc, vt eadem
rōne aliquid sibi conueniat & Deo: illa enim quæ
secundum eandem rōnem sunt in diuersis, sunt eis
communia s̄m rationē substantiar, siue quidditatis,
sed sunt distincta s̄m esse: quicquid autē est in Deo,
hoc est suum proprium esse, sicut. n. essentia in eo
est idem quod esse, ita scientia idē est quod scientē
esse in eo: vnde cum esse, quod est proprium vnus
rei, non possit alteri cōmunicari, impossibile est q̄
creatura pertingat ad eandem rationem habendi
aliqd quod habet Deus: sicut impossibile est quod
ad idem esse perueniat, similiter etiam in nobis ef-
fet: si enim in Petro non differret homo & homi-
nem esse, impossibile esset quod homo vniuoce di-
ceretur de Petro & Paulo, q̄bus est esse diuersum:
nec tamē potest dici, quod omnino æquiuoce præ-
dicetur quicquid de Deo & creatura dicitur: quia si
non esset aliqua cōuenientia creaturę ad Deum se-
cundum rem, sua essentia non esset creaturarum
similitudo, & ita cognoscendo essentiam suam nō
cognosceret creaturas: similiter etiā nec nos ex re-
bus creatis in cognitionē Dei peruenire possemus,
nec nominum quę creaturis aptant, vnū magis de
eo dicendum esset quam aliud: quia ex æquiuocis
non differt quodcūque nomen imponatur, ex quo

nulla rei conuenientia attenditur. Vnde dicendum
est, q̄ nec omnino vniuoce, nec pure æquiuoce no-
men scientiæ de scientia Dei & nostra prædicatur:
sed secundum analogiam, quod nihil est aliud dictū,
quā secundum proportionem, conuenientia. n. se-
cundum proportionem potest esse duplex, & secū-
dum hoc duplex attenditur analogiæ communitas:
est. n. quædam conuenientia inter ipsa, quorum est
adiuicem proportio, eo q̄ habent determinatā di-
stantiam, vel aliam habitudinē adiuicē, sicut bina-
rius cum vnitatem, eo q̄ est eius duplum: cōueniētia
etiā q̄nq; attenditur duorum adiuicem, inter quæ
nō sit proportio: sed magis similitudo duarum ad-
iuicē proportionū, sicut senarius conuenit cum
quaternario ex hoc, q̄ sicut senarius est duplum ter-
narij, ita quaternarius binarij. prima ergo cōuenien-
tia est proportionis, secunda autem proportionali-
tatis: vnde & secundum modum primæ cōueniētiæ
inuenimus aliquid analogice dictū de duobus, quo-
rum vnū ad alterum habitudinē habet, sicut ens dī
de substantiā & accidente ex habitudine, quā substan-
tia & accidens habent, & sanum dī de vrina & ani-
mali, ex eo q̄ vrina habet aliquā similitudinē ad sani-
tatem animalis. Q̄nque vero dī aliquid analogice
secundo modo cōuenientiar, sicut nomen visus dī
de visu corporali & intellectu, eo q̄ sicut visus est in
oculo, ita intellectus est in mente. Quia ergo in his,
quæ primo modo analogice dicuntur, oportet esse
aliquam determinatā habitudinē inter ea, qui-
bus est aliquid per analogiam cōe, impossibile est
aliquid per hunc modum analogiæ dici de Deo, &
creatura, quia nulla creatura habet talem habitudi-
nem ad Deū, per quam possit diuina perfectio de-
terminari: sed in alio modo analogiæ nulla determi-
nata habitudo attenditur inter ea, quibus est aliquid
per analogiam cōmune: & ideo secundū illum mo-
dum nihil prohibet aliquod nomen analogice dici
de Deo & creatura: sed tñ hoc dupliciter contingit:
quandoque enim illud nomen importat aliquid ex
principali significatione in quo non potest attendi
cōueniētia inter Deum & creaturam, etiam modo
prædicto, sicut est in oibus quæ symbolice de Deo
dicuntur, vt cum dicitur leo, vel sol, vel huiusmodi,
quia in horum definitione cadit materia, quæ Deo
attribui nō pōt: q̄nque vero nomen, quod de Deo
& creatura dicitur, nihil importat ex principali si-
gnificato, secundū q̄ non possit attendi prædictus
conuenientiar modus inter creaturam & Deum, si-
cut sunt omnia, in quorum definitione non claudi-
tur defectus, nec dependet a materia secundū esse,
vt ens bonum, & alia huiusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendū, q̄ sicut Dionys. dicit
11. cap. de diuinis nominibus. Deus nullo modo
similis creaturis dicendus est: sed creaturæ similes
possunt dici Deo aliquo modo, quod. n. ad imitatio-
nem alicuius fit, si perfecte id imitetur simpliciter
pōt ei simile dici: sed non econuerso: quia homo
non dī suæ imagini similis, sed econuerso: si autem
imperfecte imitetur, tunc pōt dici simile & dissimi-
le id, quod imitatur ei, ad cuius imitationem fit si-
mile, secundū q̄ representat: sed non simile inquan-
tum a perfecta representatione deficit: & ideo sa-
era scriptura Deū creaturis esse similem omnibus
modis negat: sed creaturam esse similem Deo q̄nque
quidem concedit, quādoque autem negat: cōcedit
cum dicit hominem ad similitudinem Dei factum:
sed negat cum dicit, Deus quis similis erit tibi?

Quæst. disp. S. Tho. Q 2 A 2

Comen. 31.
vmo 3. &
Com. 106.
109. 11.

Cap. 9. de di.
no. a medio
precepit.
D. 1149.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ Philof. in 2. Topi. ponit duplicē modū similitudinis: vnū q̄ inuenitur in diuersis generibus, & hic attenditur secundū proportionem vel proportionalitatē, vt q̄n alterum se habet ad alterum, sicut aliud ad aliud, vt ipse ibidē dicit. Aliū modum in his quæ sunt eiusdē generis, vt q̄n idem diuersis inest similitudo determinatam habitudinem quæ primo modo dī, sed solum quæ secundo modo: vnde non oportet quod primus modus similitudinis a Deo remoueat respectu creaturæ.

AD TERTIVM dicendum, quod obiectio illa procedit de similitudine secundi modi, quam concedimus creaturæ ad Deum non esse.

AD QVARTVM dicendum, q̄ similitudo quæ attenditur ex eo q̄ aliqua duo participant vnum, vel ex eo quod vnum habet aptitudinē determinatam ad aliud, ex qua. sex vno alterum comprehendī possit per intellectum diminiuit distantiam; non autem similitudo quæ est secundum convenientiam proportionum: talis, n. similitudo similiter inuenitur in multum, vel parum distantibus, nō enim est maior similitudo proportionalitatis inter duo & vnum, & sex, & tria, quā inter duo & vnum, & centum & quinquaginta, & ideo infinita distantia creaturæ ad Deum similitudinem prædictam non tollit.

AD QVINTVM dicendum, q̄ enti & nō enti aliqd secundū analogiam conuenit, quia ipsum non ens, ens dicitur analogice, vt patet in 4. Metaph. vnde naturæ distantia quæ est inter creaturam & Deum, communitatem analogiæ impedire non potest.

AD SEXTVM dicendum, q̄ ratio illa procedit de communitate analogiæ quæ accipitur secundū determinatam habitudinem vnus ad alterum, tunc enim oportet q̄ vnū in definitione alterius ponat, sicut substantia in definitione accidentis, vel aliquid vnum in definitione duorum, ex eo quod vtraque dicitur per habitudinem ad vnum, sicut substantia in definitione quantitatis & qualitatis.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ quæ inter duas species substantiæ sit maior cōuenientia, q̄ inter accidens, & substantiam, nō possibile est, vt nomen nō imponatur illis speciebus diuersis, secundū considerationē alicuius cōuenientiæ quæ sit inter ea, & tunc erit nomen pure equiuocum, nomen vero quod cōuenit substantiæ & accidenti, potest esse impositum secundam considerationē alicuius cōuenientiæ inter ea: vnde non erit æquiuocum, sed analogum.

AD OCTAVVM dicendum, quod hoc nomen animal imponitur non ad significandum figuram exteriorē in qua pictura imitatur animal verum, sed ad significandum naturam in qua pictura non imitatur, & ideo nomen animalis de vero & picto equiuoce dī, sed nomen scientiæ conuenit creaturæ & creatori s̄m id in quo creatura creatorem imitatur, & ideo non oīno equiuoce prædicatur de vtroque.

ARTICVLVS XII.

Verum Deus singularia futura contingentia cognoscat.

1. par. q. 14. art. 13.

Ca. vlt. co. 3.

DODECIMO quærit, vtrum Deus sciat singularia futura cōtingentia, & v̄ q̄ non, Nihil enim potest sciri si verū, vt dicitur in 1. Poste. sed in contingentibus singularibus & futuris nō est veritas determinata, vt dicitur lib. 1. Periher. ergo Deus nō habet sciētiā de futuris singularibus contingentibus, ¶ 2 Præ. Illud ad quod sequitur impossibile, est impossibile: sed ad hoc q̄ Deus sciat singulare contingens & futurū, sequitur impossibile, scilicet q̄ scien-

Fria Dei fallitur, ergo impossibile est q̄ sciat singulare contingens futurum. Probatio mediæ: dicitur q̄ Deus sciat aliquod futurū contingens singulare, vt Petrum sedere, aut ergo possibile est Petrū nō sedere, aut nō est possibile: si non est possibile, ergo impossibile est Petrum non sedere, ergo Petrū sedere est necessarium: datum autem fuerat q̄ esset cōtingens: si autem sit possibile non sedere, hoc posito non debet sequi aliquod inconueniens: sequitur autem quod scientia Dei fallitur, ergo non erit impossibile scientiam Dei falli. Sed dicendum, quod id, quod contingens est in se, in Deo est necessarium.

G ¶ 3 Sed contra, Quod in se est contingens, non est necessarium quo ad Deum, nisi secundum quod est in ipso: sed secundum quod est in ipso, non est distinctum ab eo: si igitur nō est scitum a Deo nisi secundum quod est necessarium, non est scitum ab eo secundum quod est ab eo distinctum.

¶ 4 Præ. Secundū Phil. in 1. Prio ex maiori de necessario, & minori de inesse nō sequi cōclusio de necessario: sed hæc est vera, oē scitū a Deo necesse est esse sed nullū cōtingēs necesse est esse, ergo nullū cōtingēs scit a Deo. Sed dicendū, q̄ tū dī oē scitum a Deo necesse est esse, non importatur necessitas ex parte creaturæ, sed ex parte Dei scientis solum.

¶ 5 Sed contra, Cum dicitur, omne scitum a Deo necesse est esse, necessitas attribuitur supposito dicti, sed suppositum dicti est illud quod est scitum a Deo; non ipse sciens Deus, ergo non importatur per hoc necessitas nisi ex parte rei scite.

¶ 6 Præ. Quāto aliqua cognitio est certior in nobis, tāto minus potest esse de cōtingētib; scitria. n. non est nisi de necessarijs, quia certior est opinio, quæ potest esse de contingentibus; sed scientia Dei est certissima, ergo non potest esse nisi de necessarijs.

¶ 7 Præ. In omni vera cōditionali, si antecedens est necessarium absolute, & cōsequēs est necessarium absolute, sed ista cōditionalis est vera, si aliqd est scitum a Deo, illud erit: cum ergo hoc antecedēs, hoc est scitū a Deo, sit absolute necessarium, & cōsequēs erit absolute necessarium, ergo oē qd est scitū a Deo, necesse est absolute esse: q̄ autē hoc sit necessarium absolute, hoc est scitū a Deo, sic pbat: hoc est quoddam dictum de præterito: sed omne dictum de præterito si est verum, est necessarium, quia quod fuit, non potest non fuisse, ergo est absolute necessarium.

¶ 8 Præ. Omne æternum necessarium est: sed omne quod Deus sciuit ab æterno sciuit, ergo cum sciuisse, est necessarium absolute.

¶ 9 Præ. Vnumquodq; sicut se hēt ad esse, sic se hēt ad verum: sed futura contingentia nō habent esse, ergo nec veritatē, ergo non potest de eis esse scitria.

¶ 10 Præ. Secundum Phil. in 4. Meta. qui non intelligit vnum determinatum, nihil intelligit: sed futurum contingens, quia est maxime ad vtrumlibet, nullo modo est determinatum, nec in se nec in sua causa, ergo nullo modo potest de eo esse scientia.

¶ 11 Præ. Hugo de sancto Viā. in lib. de Sacramentis dicit, q̄ Deus nihil cognoscit extra se, qui habet omnia apud se; sed nihil est contingens nisi extra ipsum, in eo enim nihil est potentialitatis, ergo nullo modo ipse futurum contingens cognoscit.

¶ 12 Præ. Per mediū necessarium nō potest cognosci aliqd cōtingēs, q̄ si mediū est necessarium, & cōclusio erit necessaria: sed Deus cognoscit oīa p mediū, qd est sua essentia, ergo cū hoc mediū sit necessarium, v̄ q̄ non possit aliquod contingens cognoscere, S 2 p